



XI, 86.



Carmina gratulatoria
in promotionibus Doctorum philosophiae
in academia Vitebergensi.

1682.

[Faint, illegible handwriting]



74.

1.

Iô,

Cum

RECTORE MAGNIFICO

V I R O

Nobilisf. Amplisf. Experientiss. Excellentiss.

Dn. MICHAELE SENNER T,

Med. D. ac P. P. celeberr. Coll. Med. Seniore,

& h. t. Decano spectatissimo,

SPECTABILI itemqve Coll. Phil. DECANO

V I R O

Nobilissimo, Amplissimo, Excellentissimoqz

Dn. CHRISTIANO DONATI,

Log. ac Met. P. P. celeberr.

V I R - J U V E N I S

Clariss. Literatissqz

Dn. MARCUS FRONIUS,

Coronâ Transs. Philosophiæ Doctor,

D. 27. April. Anno M DCXXCII.

In solenni Eruditorum concessu ac Panegyri,

publicè renunciaretur,

acclamabant

Patroni, Promotores, Præceptores

& Amici.

VVittebergæ, Ex Officinâ Finceliana.



RECTORE MAGNIFICO

VIRO

DR. MICHAELI SENNERI

Med. D. ac. P. celeberr. Coll. Med. Senneri

& h. e. Decano Facultatis

SPECTABILI viri Col. Phil. Doro

VIRO



ANAVIA LIBRARY

DR. MARCUS FRONII

Coron. etiam Philosoph. Doctor

B. e. Senneri M. D. X. C. H.

In forma Librorum Senneri

publice repromissis

actibus

Patroni, Promocores, Receptores

& Amici

Vimbergae, Ex Officina Senneriana





Um tibi concessere poli Doctissime Froni
(Quod nos speramus) nomen & omen
age:

Virtutem colimus, virtus Sapiencia ma-
gna est,

Ergò colenda, ideò præmia magna feres,
Et fers. Fac igitur Patrum sincera propago,
Cur, habeas semper, præmia digna feras.
Jovaqve magnanimo beet ipse affamine temet,
Ut laus ipsius crescat ab ore Tuo.

Abraham Calovius, D.

Hoc debuit Studio Studium, Pietas Pietati
Candori Candor, si quis amatur amans.
Hæc certè lex est: Amor emitur ipse Amore.
Dic Tu, Te Sophiam nunquid amasse juvat?
Usqve juvat. Pulchrâ Te maectat amata coronâ,
Lactat virginei turba novena chori.
Accipe nunc meriti tandem Clarissime Froni,
Accipe nunc capiti juncta brabea Tuo.
Paucula nunc cernis, superis majora supersunt:
Sis constans, surgunt secula multa Tibi.

Johannes Andreas Qvenstedt, D.

FRONI *Decus* fers inclytum
Tui *laboris* optimi,
Nam strenuus *labor* tuus,
Qvo semper in *Castris Sophum*
Successibus felicibus
Per *Disciplinas* singulas
Cum laude multa *militas*,
Reqvirit ista *premia*.
Nos dicimus FELICITER
Tuis *laboribus* bonis!
MAGISTER eris optimus
Bonumq; Publicum, tuis
Studiis movebis optimè.
Gaudebit inde PATRIA,
Verendus & PARENS Tuus
In spiritu lætabitur!
Ex *Gratia* porro DEI
Sacri labores augeant
Honoris ampla *Premia*!
Gaudebit hinc *Fidelium*
Cætus, DEOqve servies,
Beatus ut hinc floreas!

Johannes Deutschmann, D.

QVid facis, ô moles, quam tanto murmure fluctus
Oppugnant? molesqve tuoqve & pondere tuta.
ô ne cede malis nostri spes magna laboris!
Aude aliquid, Tu finge Deo Te dignum & honore.
Cresces, crede mihi, supremi culmina Pindi,
Et latè sparges fructûs, mihi crede, laborum,

Christianus Donati,
P.P. h. t. ord. Phil. Dec.

Dum

GLoria virtutem comitatur, ut umbra polarem
Splendorem, ut pulcer bella triumphus. Age
Virtutem longos multum es sectatus in annos;
Nunc est, quæ vireat, gloria parta Tibi:
Lumine firmasti Divino vota coruscus;
Nunc umbram quæquæ spargis in Orbe Tuam:
Pugnabas quondam; quod si jam pugna triumphos
Det Tibi, quid mirum est? Nunquid amatur amans?
Plaudo Tibi, atque istos, quos carpis, grator honores,
Excipantque precor corde favente novos.

G. C. KIRCHMAJERUS.

Victor ades, magnos fudisti protinus hostes,
Dum tibi metemet vincere laude datur.
Culmina summa vides studii, metamque laborum.
Quot superest spoliis tute fruere Tuis.
Accipies quas nunc lauros meditaris adultas,
Omnia quæque geris bella, triumphus erunt.

gratulab. scrib.

Michael VValther, P.P.

Exue mœroris nunc Transylvania nubem,
Cur quereris? Num quod mortua spes? Fateor,
Boccius extinctus, sed spes Tibi plena revixit,
Plena Tibi in Fronio patria mœsta viget:
Illeque quos tumulo flores dedit; iste resumit:
Ille suos tumulat; suscitatur iste novos:
Communem illeviam; raram terit iste: Sagittam
Fati, per quam ille concidit, hic superat.
Nunc erepte neci Tu Præses Philosophiæ
In gremium patriæ præmia sparge Tuæ.
Vive diu sospes & longis usibus eja
Fervere virtute fac patriam patriâ.

*Eruditissimo & maxime industrio Domino Candi-
dato gratulatur de honoribus promeritis*

Paulus Gottfried Sperling, D.
Dum

Dum quæ vulgus amat, ridens post terga relinquit
Virtutisq; viam sectaris; fama laboris
Nuncia leta Tui meritos ostendit honores,
Per docto Capiti mox immixtura coronam
Quæ dignus, dignis socieris in arte peritis!
Sint rata, quæ promo, quæ defero vota: secundet
Laurum perpetua Tibi prosperitate Jehova!

ita vovebat

Christianus Vater / D.

Indem sein werthes Haupt in diesen Lorbern pranget
Sund hierzu meinen Reim/ nebst einen Wunsch verlanget:
So steh ich zum Befehl; und schätz Jhn höchst beglückt;
Daß Jhn Minervens Hand mit diesen Purpur schmückt,
Gesezt/ daß mancher sich zu dieser Würd' erkühnet
Der wohl ein Distel-Blat vor Lorbern hat verdienet.
So grünet dessen Ruhm / dieweil man seinen Fleiß
Aus vieler Frömmigkeit / und stillen Leben weiß,
Immittelst werd ich ietzt sein hohes Lob verschweigen
Indem mich seine Kunst und Tugend überzeugen:
Denn dieser wird vorhin mit Lob genung belegt
Der ein gelehrtes M. mit Ruhm und Ehren trägt.

Dieses wenige wolte dem Herrn Candidatus
glückwünschend überreichen

Johann Christian Nottnagel.

Non honor ex Laurô, sed lauro gignis honorem,
Hinc in honore Tuus semper habendus honor.

f.

M. J. G. Neumann/
Belt, Saxo.

Esto, quod nervos minuat Minerva;
Attamen gnavos eadem perenni
Gloria servos recreat vigore

Vivida Pallas.

Parti

*Particeps huius, Peramande Fautor
Redderis, duri pretium laboris,
De manu laurum capiens DECANI*

usque virentem.

*Rite pugnanti datur haec corona;
Hinc eâ, FROHNI, merito superbis.
Gratulor tantò TIBI de brabeo*

Digne Magister.

pauculis hisce

*Suam erga Clarissimum Dn. Candidatum obser-
vantiam contestari & voluit & debuit*

M. Samuel Lange/

Vicisti tandem variis exercita fatis
Portio, vicisti, vitæ dulcissima nostræ?
Præmia sudor habet? Pietas habet, ecce, coronam?
JESU cana fides! Dabitur nuncserta tueri?
Hoc clamabamus, sic rebamurq; futurum,
Hoc sperabamus, nec nos spes nostra fefellit.
Ecce, vides jam nunc, in quid direxeris arcum,
Non passim corvos testaq; lutoq; sequutus.
Quas Te per lachrymas & quanta per ardua vectum
Accipimus! quantis jactatum sæpius undis?
Quam metuimus enim armatos in prælia ventos,
Et conjuratos Orci cum fœnore fratres,
Ne noceant, TE dum strinxit Cocytia virgo:
Cui Veneris templum, cui dicebare superbus,
Contemptor Divûm, Pietatis tortor & osor,
Fautor nequitiæ, fratrum delusor, & autor
Impuræ. Proh fata nefas vos parcite fassis.
Ista quis haud metuat, ne quid Tibi fortè nocerent?
Ast vidit lacrimas JESUS, vidère Patroni
Sudores, vidit virtus solvitq; labores.

vicisti { tandem Stygiis invise colubris:
patriæ spes maxima, cura Parentum:
fratrum flos, expectatio nostræ:
proles Musarum, maxime FRONI!

dilecte Deo, dilecte Patronis :
dilecte piis, invise superbis :
vicisti & vinces semper Pra-Nobile pectus :
& vinces Sophia Clarissime Doctor :
& vinces virtutis fautor & altor :
Pietatis honos Pietas & honorum :
& remet ; vinces & secula. Sic sit.

Ita Generoso ac Nobili Dominoq³ Fratrid³ suum candorem testabantur
diper Christeuph. d. l. Tribuide,

Theodorus Demarenata,
Benjamin V Vilgandejus,

B. & S. T. T. S S Th. St St.

Fratres si non germani utiq^e Germani.

UT nulla herbarum frustra resplendet agellis
 Nullus ita in Domino fuit atq^e est sudor inanis.
 Sudasti Praeclare Froni, sudore coronam
 Laudis circumfers partam. Gratamur ovantes,
 Arbiter & summus rerum, Tibi saepe precamur,
 Ut vireat mandet seros itura per annos,
 Et tarda fructus ferat exsangviq^e senectae.

Nobili Dn. Candidato, noto ignotus

Christophorus Memenzius, Med. Stud.

Cum videam, Frohni, tua cingere tempora laurum,
 Laurum, quam dudum studium meruere laborq^e,
 Quis indefessus totas noctesq^e diesq^e
 Haecenus invigilans consumpsisti tempora vitae;
 Applaudo votis imo de pectore promptis,
 Haec profit laurus Patriaeq^e Tibiq^e Tuisq^e.


Clarissimo Dn. Candidato de novis Magisterii honoribus
ita gratulabatur

Johannes Abrahamus Deutschmann/

Vita superstes Gloria
 Labore patre gignitur,
 Virtute matre nascitur;
 Hac filia pulcherrima
 Gaudere qui desiderat,
 Totus parenti deditus

Studere patri cogitur.
Agnovit illud FROHNIUS;
Ab ungue qui tenuillu
Neutri studere destitit.
Supremus hinc Sophies honor
Confertur illi. Gratulor

Abrahamus Henricus Deutschmann.





74.

RECTORE M

Nobilisf. Amplisf. Exp

Dn. MICHAEL

Med. D. ac P. P. celeb

& h. t. Decanc

SPECTABILI itemqv

Nobilisfimo, Ampli.

Dn. CHRISTIA

Log. ac Me

VIR.

Clarij

Dn. MARCU

Coronâ Tranff. P

D. 27. April. A

In solenni Eruditor

publicè r

Patroni, Promoc

&

VWittebergæ,



1.

